



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm expurgati, aut prohibiti,
&c. N

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

SECUNDA CLASSIS

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM expurgati, aut prohibiti, &c.

N

NATALIS Beddæ.

Liber Confessionis, prohib.

NAVARRI.

Editio Lugdunensis.

Ex Doctoris Navarri editione Lugdunensi anni 1595. vel 1597. (in antiquioribus enim non invenitur) tomo 1. super caput *Inter verba*, conclus. 6. principali n. 59. *Verum ex hoc*, dele, *Vi inquisitores*, usque ad, *In numeris*, exclus. — Et paulò post, dele, *Religiosorum ac*, & propè finem eiusdem num. dele, *Quod impensis*, usque ad finem.

NIBLVS Thesalonicensis.

Contra PP. alias Illyrico suppositus, prohib.

NICOLAVS Antonius Grava-
cius.

Eius Liber de vita *Alexandri Tartag-
ni*, seu, *Tartagei*. Venetijs, 1570. sic corri-
genda.

Sub initium, post illa verba, *Vim ingenij*,
quod, dele usque ad illa verba, *Nec optar*,
magis, exclus.

NICOLAI Clemangis.

Opera omnia prohib. interim cauendū il-
la non seorsim tantū, sed in tractatibus
iuris ex parte circumferri ut videre li-
cet in editione ipsorū tractatuum ann.
1549. volum. 1. fol. 43. & volum. 2. fol. 81.
& 177. circumferuntur etiam in tom.
8. Bibliothecæ sanctorum Patrum Pa-
ris. 1576. à colum. 577.

NICOLAI Clenardi.

Epistolarum, libri duo. Antuerpiæ ex-
cina Christophori Plantini, 1566.

Lib. 1. Epistola 2. ad Latomum, qui
incipit, *Puote*, ante medium, pag. 12. po-
st illa verba, *Columbas alerendianus*, dele
usque ad, *Nam ut hoc quoque*, exclus. —
Eodem libro pag. 56. deleatur tota Epi-
stola ad, *Franciscum Hoverium*, qui inci-
pit, *Ita ne, carissime Hoveri*, &c. — Eo-
dem libro, pag. 99. ex Epistola ad, *Jo-
annem*, que incipit, *Redeunt mihi, panti-
um*, post illa verba, *Optimum me-
niat*, dele usque ad, *Ne mireris*, exclus.
— Ex lib. 2. Epistol. ad Joannem Val-
de pagin. 163. ad finem. post illa verba, *Pro-
diaconatus, Canoniciatus*, dele usque ad, *Jo-
bus multis*, exclus.

Ex eadem Epist. pag. 164. S. *Beatus*
post illa verba, *Monachum esse*, dele usque
ad, *Si tu nomine*, exclus.

In eiusdem Nicolai Clenardi Gram-
mæ lingue Institutiones Recognitio, Præfatio
& Syntaxeos Compendium Frederici Sy-
burgij, & Notationes Henrici Stephani
vide in 1. Classe, & Henrici Stephe-
ni.

NICOLAI Franci.

Carmina contra Petrum Aretinum, prohib.

NICOLAI Groderi.

Amphitheatrum mortis maturæ, &c.
duræ, prohib.

NICOLAI Hanapi.

Exempla Virtutum, & Vitiiorum. Prohib.

NICOLAVS Iaquerius.

INDIC
Libroru
PROHIBIT
E. V.
= 4.

Eius *Flagellum Hæreticorum*, Fascinariorum; cui accesserunt Danxi, Camerarij, Martini de Arles, Tritemij, & Erasti opuscula. Francofurti ad Mænum, 1581.

In prima libri facie adhibe Danæo, Camerario, & Erasto, notam damnationis, & permissionis opusculorum.

Pag. 184. adhibe Lamberto notam Auctoris damnati, & operis permisi. — Et pag. 300. idem præstandum est initio opusculi Ioachimi Camerarij. — Pag. 317. in Opusculo Camerarij ad Libellum Plutarchi, de *Defectu Oraculorum*, 4. lin. ab initio, post illa verba, *Nihil opus fuerit*, dele usque ad finem paginae, & ex pag. 318. dele 18. lin. usque ad illa verba, *Sed Epicuri*, exclus. — Erasto similiter in initio opusculi apponenda nota damnationis, & permissionis.

NICOLAI Leonici, Thomæ.

Eius *Dialogi*, prohib.

NICOLAI Nanzelij.

Noviodunensis, declamationum liber, nisi corrigatur, sequitur.

Ex Nicolai Nanzel, Noviodunensis. Declamationum libro, cui addita est Petri Rami vita, &c. sectione prima. Parisiis, apud Claudium Morellum, 1600.

In prima operis inscriptione, post illud, *Anticategoria*, dele usque ad illud, *Sectione prima*, exclus. — Oratione 3. pagin. 70. à medio, post illud, *Gloria caruit*, que, dele usque ad, *Bembum Budeum*, exclus. — Et mox, post illud, *Perionium, Muretum*, dele usque ad, *innumerosque alios*, exclusivè. — Oratione 4. pag. 89. à medio, §. *Enim verò cum ieiunium*, post illud, *sic affectarunt quidam*, dele usque ad, *Certa quadam superstitione*, exclus. — Eadem oratione pag. 93. ante medium, §. *Hæc igitur Aud.* post illud, *Et in cinerem reverteris*, dele usque ad, *Neque verò Aud.* exclus. — Oratione 6. pag. 124. sub initium, §. *Enim verò cum eam*, post illud, *Possẽm de cernere*, dele usque ad, *Itaque ea maris parte fixi anchoram*, exclus. — Eadem oratione, pagin. 125. ad finem, post illud, *Attingere asserere*, dele usque ad, *Possẽ videbatur*, exclus. — Eadem oratione pag. 126. à medio, §. *Plus tamen*, post illud, *Apud me valuit*, dele usque ad, *Sincera plurimum amicorum*, exclus.

Ex eiusdem Nicolai Nanzelij Decla-

mationum libro, cui addita est Petri Rami vita, &c. sectione 2.

In prima operis inscriptione, post illud, & *mutua*, *Anticategoria*, dele usque ad illud, *Sectione secunda*. — In Præfatione ad Reginaldum Belæum, cuius initium, *Memini vir clariss.* pagin. 9. initio, §. *Enim verò cum sint*, post illud, *ieiuna, & arida*, dele usque ad illud pagin. sequent. ante medium, *Illud autem, etiam si*, exclus. — Thesis primæ, parte priori pag. 8. in medio, §. *At enim hæc omnia*, post illud, *Se habere testarentur*, dele usque ad, *Padagogos eos nobis*, exclus. — Thesis secundæ, parte posteriori, pagin. 44. in fine, §. *Oreekista*, post illud, *Non potius ab oratore agente*, dele parenthesim, usque ad, *Consimili exemplo*, exclus. — Titulo, *Medicine approbatio ex sacra pagine testimonij*, pag. 398. à medio, §. *Sic ita sanè*, post illud, *Nec volo negare*, dele usque ad, *Vt tamen ita sit*, exclus. — Thesis quartæ, parte posteriori, pag. 440. quæ per errorem est 420. ante medium, §. *Iam verò in homine*, post illud, *atrum*, à caudido, dele usque ad, *Quidquid corvi isti*, exclus. — Deinde verò in vita Petri Rami Veromandui. Parisijs, apud Claudium Morellum, 1590. notanda sunt, & corrigenda, quæ sequuntur.

Pagina 53. ante finem lin. 5. post illa verba, *Vapulavit acriter*, dele tres lineas, usque ad, *sed de corpore*, exclusivè. — Pagina 62. lin. 7. à fine, post illa verba, *Latino sermone uti*, dele sex sequentes lineas item alias 26. pagin. 63. usque ad, *Multos verò Ramus*, exclusivè. — Pagina 68. ad medium, post illa verba, *Dicto die de nocte mortui*, dele usque ad, *sed antequam*, exclusivè. — Pagina 69. lin. 2. post illa verba, *Predicent*, ac *celebrent*, dele reliquum pagin. usque ad dimidium pagin. 70. sequentis, & illa verba, *Enim verò dicturus*, exclus. — Pag. 73. lin. 4. ab initio, post illa verba, *Eleganter perscriptam*, dele quindecim lineas, usque ad, *Enim verò*, exclus. — Pag. 75. lin. 4. ab initio, post illa verba, *Clauso ostiolo, abditur*, dele quindecim lineas, usque ad, *Ecce autem de duobus*, excl. — Pag. 77. paulò post medium, & post illa verba, *Meditabundas complectere*, dele reliquum pagin. usque ad medium pagin. sequentis, & illa verba, *Doleo autem Bibliotheca*, exclus.

NICOLAI Rodingi.

Exhortatio ad Germaniam. — Item prædicationes carmine conscriptæ, prohib.

Yyy 2 Nr-

NICOLAI Tauleri.

Libet de *Medica prædictione*, donec corrigatur.

NICOLAUS Vigelius.

Iuris feudalis, tam controversi, quam certi, liber unus. — Item Constitutiones Carolinæ publicorum iudiciorum in ordinem redactæ cumque iure communi collatæ prohibentur.

Permittitur verò cum sequenti expurgatione Methodus duplex duorum Commentariorum, seu librorum Andreæ Tiracquelii de utroque retractu. Basileæ, typis Oporinianis, 1586.

Deleatur tota Præfatio Apologetica Auctoris inscripta, ad illustrissimos Principes, ac Dominos, Dominum Guilielmum, & Dominum Ludovicum fratres, &c. quæ incipit, *Hiltenius quidā*. — Reijciantur etiā Opuscula sequentia eiusdem Auctoris, quæ circumferuntur post finem ipsius Methodi.

Totus Dialogus, de Romana iurisprudentia recuperanda, incipit, *Iurisprudentia Romana, O me miseram*. — Tota oratio inscripta, *Amplissimo, prudentissimoque Senatui Veneto*, incipit, *Quam misera sit iuris, ac in-*

risprudentia. — Tota similiter Oratio de Summo bono, habita Marpurgi, incipit, *Summo bono, seu hominis fine summo*. — Item eiusdem Dialectices Iuris Civilis, librorum tribus, & de litis contestatione, & Paradoxorum libello. Basileæ, per Hieronymum Gemusæum, 1597. ita corrigatur.

Lib. 3. cap. de *Supplendo eo quod perit deest*, pag. 505. ante medium, post illud, *imitandum magis*, dele usque ad, *propositum redeo*, exclus. — In Præfatione ad Libellum de *litis contestatione*, pag. 534. post verba, *Iustus cedit iniusto*, dele usque ad, *Istam de causis*, exclus.

NICOLAI Winmanni.

Colymbeses.

Sive de *Arte natandi* Dialogus, prohib.

EN CASTELLANO

M. NICOLAS Tierre.

Su obra impresa en Valladolid año de 1582. se prohibe.

EN ITALIANO.

M. NICOLO Franco.

Dialogi *Piacevoli*. Se prohibe.

INDIC
Libroru
PROHIBIT
E. V.
= 4.